



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Exorcista. Tit. 10

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

Omnis præterea notant, pertinere ad Episcopum, ad Lectore ordinandos habere admonitionem, *Morinus de Sacris Ordinat. part. exercit. 13. cap. 1.*

**7** *Lectorum officium est, Lectiones clarè & distinctè pronunciar. & ea, que dixerunt Prophetæ, populis ex pulpito, can. non licet. dif. 92. annuciare. d. can. clerros. dif. 21. can. perfectis. dif. 25.*

## TITULUS X.

### De Exorcista.

#### SUMMARIUM.

1. *Exorcista quis.*
  2. *Exorciscatus materia*
  3. *Et Exorcistas habue-*
  4. *Exorciscandi modus à*
  5. *Dæmones ejicere est inter*
  6. *In Ecclesia, Exorcisa-*
  7. *Exorcistarum Officium,*
  8. *Exorcismus quid &*
  9. *Quid cavere debeat Ex-*
  10. *Exorcistas imitantur*
- que. à reliquo  
Ordinibus distinctus.  
runt Judei.  
Salomone.  
signa credentium. Incantatores Ethnici.*

**1** *E*xorcista, Græca voce dicuntur, qui Latinè, adjurans, sive in crepans. can. Cleros. dif. 21. vers. Exorcista.

**2** In Ejus ordinatione pro materia traditur liber Exorcismorum, ut docent. Concil. Carthag. IV. cap. 7. Ordo Rom. Idor. lib. 2. de dñin. Offic. cap. 13. Raban. Maur. de Insit. Clericor. lib. cap. 10. Amalar. lib. 2. cap. 9. & pro forma hæc dicuntur verba: *Accipit & commendam memorie, & habeto potestatem imponendi manus super ex-*

gomenos, sive baptisatos, sive catechumenos. Pontificale. d. Concil. Carthag. IV. cap. 7. de quo in can. Exorcista. dist. 23.

Quam materiam dilatar Pontificale: Permittit enim loco libri Exorcistarum, Pontificalis aut Missalis traditionem. De formis enim illis & materiis disponit Ecclesia, ut judicat esse aequum. Moria de Sacris Ordinat. part. 3. exercit. 13. cap. 1.

Tradebatur Exorcismorum liber; Quia Exorcismi conferebantur verbis conceptis, ut ait Minutius Felix in 8. inter quae præcipua, ut non ferient per conclusionem, per Dominum nostrum Jesum Christum, &c. (que alias precibus Ecclesiasticis subjicitur;) orationes: sed per eum qui venit est judicare seculum per ignem: Ut inde Dæmonum in memoriam proprium reducatur supplicium, ut ait Micrologus.

Habebant etiam Judæi suos Exorcistas; Dicit D. Lucas Actuum 3 19. v. 13. Tentaverunt quidam de circumstantibus Judæis Exorcistas, invocare super eos, qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes, Adjuro vos per Jesum quem Paulus predicit, &c.

Modos conjurationum, quibus obstricti Dæmones, ne redeant, 4 effugiantur, Salomonem invenisse fidem facit Josephus lib. 8. antiquit. Iudæi. cap. 2. Et hec cura, inquit, apud nos hactenus multum prevale redigoscitur, & vidi Eleazarum de gente nostra præsente Vespasiano fecisse. Quod etiam innuit Salvator Noster, apud D. Matthæum cap. 12. dum ait; Siego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt?

Inter signa credentium in fidem Domini nostri Jesu Christi est 5 demonia ejiciendi potestas: Dicit D. Marcus 3. cap. Dedit illis potestatem curandi infirmos, & demonia ejiciendi. vid. Matth. cap. 9. Luce cap. 10.

Quæ potestas in nascenti Ecclesia ab fervorem fidei cum esset 6 omnibus communis, Tertull. lib. 1. de Idololat. cap. 11. in Apolog. contra Gentes cap. 23. non fuit tunc Exorcistarum ordo distinctus; D. Clemens lib. 8. constit. Apostol. cap. 32. at paulo post in Ecclesia institutus, & exorcandi præscripta formula. Dicit D. Cyprianus lib. 2. epist. 7. Quod hodie etiam geritur, ut per Exorcistas voce humana & potestate divina flagelletur, & uratur, & torqueatur Diabolus. &c. Confirmat Papa Cornelius

Orvius  
Personis  
nefis Ecclesiastis

3 IV.

32

lii epist. apud Euseb. lib. 3. histor. cap. 53. & Concil. Carthagin. IV. cap. 4. & 7.

Census in singulis Ecclesiis Exorcistarum numerus erat definivus ex epist. Anacleti & Cornelii Paparum apud d. Euseb. lib. 7. histor. cap. 33. constat.

7 Exorcistarum officium est exorcismos memoria retinere; super energumenos, id est, a dæmonie obsessos: can. 1. dist. 25. vers. 1. Exorcistam. nec non in veteri Ecclesia, testib. Dionys. Areopag. de Eccl. Hierarch. cap. 2. Cyrillo Hierosolym. in Protocatechesi illum. & in catech. ita & hodie super baptizandos; can. neq. quenquam ad fin. vers. bar. tem. de consecrat. dist. 4. non in privatis domibus, ob scelerum spirituum metum, nec in Ecclesia ipsa, ob loci venerationem, sed am valvas eius, ex Concil. Laodiceno. can. 59. manus, cum invocatione nominis Domini, imponere.

8 Est itaque Exorcismus adjuratio contra dæmones, quæ non solum circa corpora obsessi exercetur, verum etiam circa obsessas per peccatum vel infidelitatem animas: can. 35. ante viginti. de consecrat. dist. 4. Arctatur enim eorum potestas, ut animus perficiatur, nec animabit nocere valeant. can. sicut nosfis. de consecrat. d. dist. Nam, ut ait, Cyrilus Hierosolymit. catech. 16. Illuminato. Simplex exorcantis afflatus efficitur ignitus his que videri non possunt. Magna vis per se verborum quibus & moventur, & turbantur, & pacantur affectus, sed cum in major fidei divinae potestas, & nominis Dei auctoritas. In nomine ihu Christi, meo dæmones ejicient, &c. Marc. 16. Luc. 11.

Sed exorcizare quidem dæmones in baptizandis est Sacerdotis officium; can. 67. Sacerdotes. de consecrat. d. dist. 4. Quamvis & simplex Exorcista id valeat efficere, sicut in corporibus obsessis potest. d. can. 1. dist. 25.

Qui vero non est in hoc ordine constitutus, hodie nec in Ecclesia nec in domibus exorcizare potest. can. fin. dist. 69.

Exorcizare autem energumenos, eosque introducere in Ecclesia permisum est omni die. can. 11. omni die. de consecrat. dist. 5.

9 Cavere sibi debent Exorciste, ne cum dæmonie jocentur, cum ipsis aut nugacia misceant colloquia, Martin. Delrio disquisit. magicar. lib. cap. 1.

cap. 2. sed. 3. de remed. supernatur. divin. seu Ecclesiast. vers. quartum est  
Exorcismus. Nec cum per modum obsecrationis abjurent, ut aliquid  
ab eo dicant aut accipiant. Est enim hoc mortale peccatum; ut post  
S. Thom. 2. 2. quest. 90. art. 3. S. Antonini part. 2. tit. 12. cap. 1. §. 5.  
Suarez. tom. 2. de Relig. tract. 4. lib. 4. de abjurat. Nam dæmon ut ho-  
mīs, per modum imperii, coactionis & expulsionis persecundus. ut ex  
Tertull. & S. Augustino tradit. Layman. in Sum. Theol. Moral. lib. 5. tract.  
9. cap. 14. num. 7.

Erant, & adhuc sunt, etiam apud Etlinicos, qui pellerem dæmo- 10  
nia, & morbos, incantationibus se curare profitebantur; verum hoc  
vel ex impio Dæmonum confortio & consensu, vel simulatae conting-  
erat, vel cultu idolatriæ dæmoni tanquam Deo exhibito nefandissimo.

## TITULUS XI.

## De Acolytis.

## SUMMĀRIA.

- |                          |                                       |
|--------------------------|---------------------------------------|
| 1. Acolytus an Exorcista | 5. Acolyti Officium quod.             |
| major.                   | 6. Est major Lectore.                 |
| 2. Unde dictus.          | 7. Cur.                               |
| 3. Quis.                 | 8. Quæ in eo desideratur<br>atas.     |
| 4. Acolytatus Materia    | 9. Ordinum minorum par-<br>Forma qua. |
| Et                       | vus hodie unus.                       |

**B** Exorcista inferior est *Acolyto*; licet majorem videatur habe- 1  
re potestatem; Quia *Acolytes* circa ministerium altaris exer-  
cer officium suum, ad quod Exorcista nondum pervenit.  
can. I. dist. 33.  
*Acolytus* enim post Subdiaconum ministrat; Dicitur ἀκόλυθος.

acolytus  
Personis  
nefis Ecclesiast.

3 IV.

32